restituerunt iudicia quoq; per m. aurelium . cottā praetore ad equites romanos translata sunt mithridates desperatione rerū suarū coactus ad tigranē armeniae regē confugit EX LIB XCVIII

MACHARES filius mithridatis bosfori rex a l. lucullo in amicitiā receptus ē. cn. lentulus & l. gellius censores asperā censurā egerunt IIII & LX senatorū motis a quib; lustro condito censa sunt ciuiū capita DCCCC. l. metellus praetor in sicilia aduersus piratas prospere rē gessit templū iouis in capitolio quod incendio consumptum ac refectū erat a q. catulo dedicatū est. l. lucullus in armenia mithridaten & tigranen & ingentes utriusq; regis copias florib; proeliis fudit. q. metellus procos. bello aduersus cretenses moto cydoniā urbem obsedit. c. triarius legatus luculli aduersus mithridaten parū prospere pugnauit lucullum ne persequeretur mithridaten ac tigranen summamq; uictoriae inponeret seditio militū tenuit quia sequi nolebant idest quae legiones ualerianae quae impleta a se stipendia dicentes lucullū reliquerunt. EX LIB. XCVIIII.

Q. metellus procos. cnoson et lyctū & cydoneā & alias plurimas urbes expugnauit. l. roscius trib. pl. legē tulit ut equitib; romanis in theatro XIIII gradus proximi adsignarentur. cn. pompeius legē ad populū lata persequi piratas iussus qui commerciū annonae interclu serant intra quadragesimū diē toto mari eos expulit belloq; cū his in cilicia confecto acceptis in deditione piratis agros & urbes dedit praeterea res gestas a q. metello aduersus cretenses. continet & epistulas metelli & cn. pompei in uicē missas queriturq; metellus gloriam sibi rerū a se gestarū a pompeio praereptam qui in cretā

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpl894/0204